



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

24. Quid si Ecclesia exempta mutet statum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXIV

Quid si Ecclesia exempta mutet statum.
SUMMARIUM.

1. Monasterium reductum ad statum secularem retinet suam exemptionem.
2. Wamefius sentit contra Panormitanum.
3. Remanente principali parte rei de qua disponitur dispositio non perit.
4. Ecclesia, aut calix quando dicatur profanatus.
5. Distinctio an exemptio competat ordini aut monasterio.
6. Discrimen inter Cathedralas, & inferiores Ecclesias.

Quemadmodum Imperatoris legibus commutatione status qui in libertate, civitate, familia consistebat, homo capitis diminutionem pati dicebatur §. primo, & seq. in fit. de capit. diminitur. eadem ratione civitates, oppida, loca, castra, collegia, superioris autoritate destructa, seu ad aratrum condemnata, statum mutare dicuntur, patique maximam capitis diminutionem, & proinde omnia jura, immunitates, exemptiones, & privilegia amittere Gaill. lib. 2. abs. 61. nu. 3. Bald. cap. imperia. lu. n. 9. & seq. de pace constant. ut dictum est satis supra eadem hac parte, questione decima nona, & aliquot sequentibus. Hoc loco breviter inquirendum est quid si status Ecclesie exemptæ mutetur, hoc enim pacto quadantenus videtur oriri quædam capitis diminutio, qua præcipue maxima & media jura, ac privilegia civilia amittuntur, Ang. §. cum autem n. 7. in fit. quib. mod. ius patria potest tolli. §. minor. n. 1. in fit. de capit. diminitur per l. 2. l. tutelae §. fin. ff. eodem tit.

Paucis, licet ejusmodi status mutatio diversimode & plurifariam oriatur ad duas tamen potissimum species omnes modi reduci possunt. Prima, cum Ecclesie adijciatur nova qualitas, quæ antea ei non adhærebat, aut ab ea detrahitur, videlicet si Ecclesia sine cura erigatur, in curatam, ex parochiali fiet Baptismalis, ex regulari secularis, ex non collegiata, collegiata, late Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de erect. Eccles. & seq. Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum. Secunda, cum status & conditio Ecclesie profus immutatur, evertitur, atque destruitur Rebuffus & DD. ubi supra.

Priori specie, non amittitur exemptio, secundum Panormitanum c. dilectus n. 9. de Capell. Monach. his Verbis: Nota quod licet monasterium mutet statum de regularibus ad seculares, non per hoc mutat subjectionem, nam remanet Ecclesia subiecta illi, cui primo subiciebatur, licet in alijs mutet morem arg. cap. rescolentes de statu regul. Et hoc tenet hic, Innocent. & communiter DD. quod bene notabis. Ex hoc

M m

- hoc enim infertur quod si aliquod monasterium exemptum ex defectu Monacho
 non reducitur ad statum laicalem, quod Ecclesia remanebit exempta sicut prius.
- Ita ille, Contra quem longe & late sentire videtur VVamefius *conf. 62 nu. 2. & seqq.*
 sentiens, Collegiatam Ecclesiam, quae exempta est in Cathedrali commutatam
 exemptionem amittere, ut & si ex unius ordine in alium transferretur, ex quo pri-
 vilegia semper intelligi debeant inquit rebus licet tantibus, & in primo statu rema-
 nentibus. *quod servius & ibi DD ff. de cond. caus. data l. cum quis. ubi Castr. l. si cum*
Cornelius ff. de solutionib. & quia concessionem Principum referuntur ad statum præ-
teriti temporis, & non ad mutationem, quæ postea inducitur cap. venientes de iure
inrad.
- Ratio Abbatis est, quia quando remanet potissima seu principalis pars rei de
 qua disponitur, dispositio non perit, sed habet in ea effectum, licet forma quæ sube-
 rat tempore dispositionis perierit. *Albert. tract. de mutat. & transformat. memb. con-*
clus. octava, arg. l. si grege in fin. de leg. i. l. domo de pig. act. Dyn. Barth. Imol. Cuneo Ca-
strensi. l. mortuo bove ff. de leg. 2. late Albert. tract. de interitu & perempt. conclus. 6. n. 23
& seqq. Unde Ecclesia, seu ædes sacræ non ideo prophanantur, seu desinunt esse sa-
 cræ, quod aliqua ex parte exultæ, seu destructæ sint, nisi destructio facta sit fundi-
 tus, & quod parietes interius, & exterius perierint. *cap. Ecclesiu ubi glo. de consec. dist. 1.*
cap. de Fabrica ibidem. Et calix effectus si aliquid calicis revineat non ideo des-
 tinat esse sacer. *glo. Auth. prætereo C. de sacros. Eccles. Albert. d. conclus. 6. nam. 28. in fine.*
- Confirmatur ex iis quæ supra diximus eod. lib. *quæst. 19. nu. 7.* Exemptionem datam
 monasterio non perire etiam si pereat, & immutetur ordo monasterij, hocque pacto
 puro intelligendum VVamefius ut censet de exemptione concessa ordini *v. d.*
quæst. 19. num. 7. & seqq. Posteriori vero specie amittitur exemptio, *Bald. de pace consi.*
§. imperialis nu. 9. & 10. dixi late supra qu. 19. & seqq. Ratio est, quia sublata persona,
 vel re cui beneficium concessum est, privilegium amittitur, *arg. l. postquam in pr. ff.*
ut leg. nomine caveat. l. inter cedit. ff. de condit. & demonstr. l. quidam. ff. de iure codicill.
DD. l. inter stipulantem & sacram. ff. de verb. obligat. & late supra d. qu. 19. Innoc. cap. 2.
de novi oper. nunt. Petr. de Perusio tract. de mutat. status Eccles. in pr. n. 3. & 4. Hostiens. in
summa, de privilegio nu. 5. vers. Reale.
- Porro, quod initio dixi de translatione, & immutatione Ecclesiarum in aliam
 formam, discrimen statuendum est inter Ecclesias inferiores, & eas quæ in Cathedra-
 les immutantur, Hæ enim cum priorem statum plane non immutent, facilius
 pristina iura & exemptiones retinet, *sex. cap. ad Apostola-*
tus de concess. præbend. in extrayag.

Ioannu 22.